ANSELMUS CANTUARIENSIS. AUGUSTINUS. PETRUS DE ROSENHEIM. NICOLAUS DE DINKELSBÜHL. ODO DE CIRINGTONIA

Melk, 1421 Seite 89

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40597
Copyright: Melk, Benediktinerstift

nitatis. pax dei que exsuperat omne sensum hec est
plena beatitudo et tota glorificatio hominis videre faciem dei
sui. videre eum qui fecit eum. qui salvavit eum. qui glori
ficavit eum videbitis eum cognoscendo amabitis
diligendo laudabitis possidendo ipse enim erit heredi
tas ipsi sui. ipsi stipes. ipsi que redemit. ipse pos
sessio felicitatis corporis. ipse premium et merces exper
taribus eorum. Ego inquit merces tua magna nimis
magna enim magna decet deum. Vere dne magnus es tu
sup omnes deos. et merces tua magna nimis quia
enim magnus es tu. et merces tua parva. sed sicut
magnus es tu. ita magna est merces tua. quoni
am non aliud es tu et aliud merces tua. sed tu ipse
magnus es nimis. tu ipse merces magna ~~meus~~ ni
mis. Tu ipse coronator es ac corona. tu ipse promissor
et promissio. Tu remunerator et munus. Tu premia
tor et premium felicitatis eterne. Tu igitur coronator
es et corona deus meus et diadema speci mee q
ornata est gloria. lumen letificans. lux renovans.
decor adornans. species mea magna. desiderium cordis
sanctorum et desiderantis corpus. visio ergo tua tota
merces est mea. totum premium. totum gaudium quod ex
spectamus hic est vita eterna hic est. quid et sa
pientia tua hic est vita eterna ut cognoscamus te
solum ~~deum~~ verum deum. et quem misisti ihesum
cristum. Cum igitur videbimus te solum deum ve
rum. unum omnipotentem. invisibilem. intuscibilem
comprehensibilem. et filium tuum unigenitum consubsta
ntialem et coeternum tibi dnm ihesum cristum. quem pro
nostra salute misisti in mundum. in unitate spiritus sancti
trium in personis unum in essencia deum solum sanctum
extra quem non est deus. tum habebimus quod que
rimus vitam eternam gloriam sempiternam quam